



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 246. Coronatio Regis Poloniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Fayette, Ludovico de Gaucour, & plus
 A.C. 1424. quam trecentis aliis Illustribus Viris. Bu-
 kan Franciæ Connestabilis in prælio oc-
 cubuit, & inter mortuorum strues inven-
 ti erant Comes Duglassius, & Narbon-
 nensis Vicecomes, cujus cadaver, quia
 cædis in Joannem Burgundum perpetra-
 tæ complex erat, quadratim dissectum
 est, ejusque partes in diversis locis palo
 affixæ exponebantur.

§. CCXLVI.

Coronatio Reginæ Poloniæ.

Cromer. l. 39 Eodem anno Februario vix ineunte Co-
 ronatio Sophiæ Polonorum Reginæ
 superbo apparatu celebrata est; Auxit
 solemnitatis splendorem Sigismundi Im-
 peratoris præsentia, qui foedus cum La-
 dislao, Poloniæ Rege, & Erico Daniæ,
 Sueciæ ac Norvegiæ Regibus innovave-
 rat, qui ultimus huic pompæ interesse
 voluit, Sigismundum imploraturus, ut
 pacis inter eum, & Slevicenses Duces
 conciliator esset. Aderant præterea Car-
 dinalis Placentinus S. Sedis Legatus ad-
 versus Hussitas nominatus, Julianus Cæ-
 farinus Cameræ Apostolicæ Auditor, &
 postmodum Cardinalis, multique alii
 Germaniæ, Hungariæ, Lituaniæ, ac Rus-
 siæ Principes. Absolutis Coronationis
 solemnibus

solemnibus sumptuosum instruebatur convivium, in quo Cæsar primum locum occupabat, a dextro sibi assidentem tenens Poloniæ Regem, a sinistro Ericum; idem dextrum latus post Polonum occupabant Cardinalis Placentinus, & reliqui Prælati ordine suo succedentes; ad lævam autem Principes sæculares confederunt. Principes isti ad preces Cardinalis Legati, antequam discessissent, conventum egerunt, in quo sancitum, quod Ladislaus, præter milites voluntariam militiam professos, quorum ingens erat numerus, insuper quinque Equitum millibus Sigismundo ad prosequendum Bohemiæ bellum subsidio adesset. Ipse Ladislaus arma in Bohemos convertere decreverat, eo quod Contributus jamjam Bohemicum iter aggressus esset, regni hujus insignia suscepturus, quem ideo Rex Poloniæ publicatis ejus bonis proscripsit.

Sæcul. XV.

A.C. 1424.

Vid. supr. §.
CCXXVI.

§. CCXLVII.

Jacobus I. Scotiæ Rex, e vinculis liberatus.

Hoc anno Jacobus I. Scotiæ Rex, postquam octodecim omnino annis in Anglia carceri mancipatus esset, libertati assertus dicitur. Filius erat Roberti III, Anno Domini millesimo quadringentesimo

Boet. l. 16.

§ 17.

mo